



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 2. Mandata Pontificis Legato data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæcul. XVI.** Comitia, quæ ineunte hoc anno mille-  
**A. C. 1524** simo quingentesimo vigesimo quarto  
 Norimbergæ celebranda essent. Sele-  
Sleid. in com.  
lib. 4. p. 106. git ergo ad hanc Legationem Cardina-  
Ughel. in  
Ital. sacra lem Campegium, Virum virtutis meri-  
Pallav. Hist. to, ac scientiæ laude conspicuum, ac  
Conc. Trid.  
l. 2. c. 10. inter ceteros Sacri Collegii Præfules  
Raynald. an.  
1524. n. 1. longe præstantissimum; nam pollebat  
Ulemburg. in probata. magna negotiorum experientia, rara  
vit. Luther. integritate in multis occasionibus sat  
 ga fidem Catholicam flagrabat, cetera  
 pacis ac concordiæ studiosissimus. Ho-  
 rum meritorum concursu pellectus Pon-  
 tifex facile sibi persuasit, hunc Virum  
 ad placandos Germanos de oneribus  
 quibusdam querentes præ ceteris ido-  
 neum fore, quocirea plenam eidem a-  
 gendi potestatem concessit, dummodo  
 nec Sedis Apostolicæ auctoritatem,  
 nec Romanæ Curiæ usus in discrimen  
 adduceret.

## §. II.

*Mandata Pontificis Legato data.*

**Pallav. &  
Cohl loc. cit.  
Fior Raym  
de orig. ha-  
ref. l. I.** **L**ibellus *centum gravaminum*, ut dictum  
 est, Cheregato Nuncio remissus non  
 fuerat, sed post illius discessum ad A-  
 drianum Pontificem directus, ideo Cle-  
 mens VII. Campegio in mandatis de-  
 derat, ut dissimularet, se scire propositio-  
 nes

nes Principum nomine Adriano Præ-Sæc. XVI.  
decessori oblatas, necnon responsiones A.C. 1524.  
ab eodem desuper datas; præterea Pon-  
tifex eidem præcepit, rem ita ageret,  
perinde ac si a Lutheri proscriptione  
haud ulteriora in Germania fuissent ge-  
sta. Addidit etiam literas ad Electo-  
rem Saxonæ, in quibus eum impense  
rogabat, ne Ecclesiæ Romanæ hostem  
se declararet, sed potius Ecclesiæ pa-  
cem in Germania procuraret. His  
mandatis instructus Campegius hoc an-  
no die prima Februarii Roma profectus  
Bononiam in patriam suam venit, ubi  
in Ecclesia Cathedrali præsente ingenti  
populi frequentia rem divinam peregit:  
Ubi vero Germaniæ fines attigit, Ele-  
ctorum ac Principum literas accepit,  
quibus eum rogabant, ut iter suum ac-  
celeraret, & quantum posset, advenire  
festinaret.

### §. III.

#### *Adventus Legati ad Comitia Norim- bergensia.*

Accepto hoc nuncio Campegius pau- *Cochl. l.c.*  
cos intra dies Norimbergam venit,  
ubi obvios habuit extra urbis portam  
omnes S. R. Imperii Principes, simul  
cum ipso Ferdinando Archiduce; vere-  
bantur enim, ne forte, si Legati Apo-  
C c 4 stolici